



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Myro Episc. 8. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

graviter nihilominus Deipara parentes objurgavit. Nimirum furtum hoc esse, cælo dicatum terris velle mancipare. quid simiæ catulum amarent? parum interesse veneno an amplexu partū enecarent. ut dare prolem, ita auferre, cum luberet, Superos posse. Audite parentes omnes : his monitis illi manum Deo, filium omnibus disciplinis exculatum, posthabitatis etiam regiæ puellæ nuptiis, religioni dederunt: quoque magis jam Virgini sacrificium placeret, suis met manibus ad ejus aram candidissimam hostiam stiterunt. Hic ALBERTVS orcum rivalem sponsæ vultum præ se ferentem res sibi scilicet jussit suas habere. Subinde fatigatis obfidence & fame civibus tres cum commeatu trimes cælo remige impetravit. Hebræos complures aquarum vi abreptos in sicco destituit sicco ipse pede undas percurrens. Jam morte, quam cælesti voce edoctus obiit anno M.CC.XCII. æs campanum sponte sonans, integratatem corpusculi odor suavissimus, beatitatem animi duo Angeli prodiderunt, qui dubiis an ut Cælitem colerent, an ut mortuum lugerent hominibus, sub initium rei divinæ illa verba *Os justi præiverunt.* Nostras mortes ô quam rectè lugemus ! Ex Surio.

Quicquid illud est, quod offerre paras, MARIAE commendare memento, ut eodem alveo ad largitorem gratia graria redeat, quò influxit. S.Bern.

S. MYRO EPISC. 8. Augus*ti.*

Nullæ ceræ ornarunt MYRONEM, sed virtutes multæ, quas quidem neque numerare in hac pagella possumus, ut nec pauperes, quos pulchro ordine stantes per atria quotidie laudare nobilera ejus manum vidilles. Seminabat ille in hos, quid

quid
etiam
se pe
men
furac
tant
onu
illi t
dedi
rant,
benè
suppl
RONI
fures
virtu
esthe
toner
lum i
ster j
cùm
orati
tumu
eund
No
perem
advoc
peccati
fames

9. A
quid
etiam
se pe
men
furac
tant
onu
illi t
dedi
rant,
benè
suppl
RONI
fures
virtu
esthe
toner
lum i
ster j
cùm
orati
tumu
eund

No
perem
advoc
peccati
fames

SS

SO
Rv
datur,

quid ager, quem colebat, dives dedisset; in fures etiam liberalis. Nam fortè ex his XII. in horreum se penetraverant MYRONIS. Ibi cùm saccos frumento, scelere animum onerassent, injecit Deus furacibus manibus arcana vincula, crevitque in tantum facinoris pondus, ut ne humo jam tollere onus possent. Intervenit interea MYRO, & cùm illi trepidi alia vincula sperarent, ille missionem dedit, & tergo improborum non, quod meruerant, patibulum, sed saccos, de quibus diximus, benè fartos suā manu imposuit, emisitque gravi supplicio mactatos. Interea nihil decessit de MYRONIS opibus, quas ille scilicet eo loco, ad quem fures non adrepunt, cælo recondebat. Sub hæc virtus sacerdotio, mox Episcopatu & miraculis est honorata. Nam & per medium fluvium Tritonem viam sibi fecit, & missō pōst, pro suo in illum imperio, scipione, coire iterum Moyses noster jussit. Sed & Herculem in illo agnovisset, cùm ingens monstrum draconem clavā, hoc est, oratione dejicit. Exinde reliquam vitam transegit tumulis Divorum exornandis, dum centenarius eundem honorem etiam ipse meruit. *Ex Menæis.*

Non videbit diem malum, qui dies bonos habere pauperem fecit: videbit diem malum, qui diem judicii sine advocatione paupertatis iniurārit: si ne causā accusant peccata, quem pauper excusat. Excusari non potest, quem famæ pauperis accusarit. S.Pet.Chrysol.serm.14.

SS. FIRMIUS & RUSTICUS MM.

9. Augusti.

SOciarunt & pugnas & triumphos FIRMVS & RVSTICVS, ipsamque adeò, quod vitio aliis datur, patriam Veronam triumpharunt. Verberibus